stra cum pace et venia ad nos quampri-
mum redire queat. Quo vestro obsequio hoc
tempore nihil nobis gratius fieri poterit,
cujus nos memores semper fore, spondemus.
Vale. Datum Heidelbergae 25 Maij 1598.

Viris prudentiss: nostris dilectis, Magistrati-
bus, Consulibus et Senatoribus inclytae reipub: Ne-
mausensis.

Fridericus p.

Salutem.

Pergratum nobis fuit, quam partim ipsi
de te opinionem et spem conceperamus,
partim ex amicis tuis anteà intellexe-
ramus, cùm nobis inserviendo, tum A-
cademiae nostrae Heidelbergensi operam
navando voluntatem tuam proximis
tuis literis confirmatam fuisse. Quo-
niam autem Scholae nostrae plurimum
interesse videmus, reditum tuum ad nos
non suspendi, sed maturari potius, dubita-
tionem et scrupulos quos tibi residere
animadvertimus eximendos duximus, ut per-
spiceres, ita nos scholae nostrae saluti et incremento
consultum velle, ut tui interea quoque ratio habea-
tur. Deferimus autem tibi primariam Codicis pro-
fessionem sive lecturam illibatam et nullis suis
commodis et accessionibus diminutam integro cum
stipendio et honore, de quo dubitasse videris: aedes
huic professioni destinatas, renovatas, et quam
fuerant commodiores, unà cum horto obtine-
bis, nemine contradicente. Ut autem ii, qui publi-
cè et privatim extra reditus tuos, laboribus et in-
dustria sperantur et expectantur fructus,

tanto ulteriores in studiosam juventutem re-
dundent, extraordinaria operam efflagitantur, quos
assequi posse studiosi videntur, si septimanis sin-
gulis certisque horis publicè graviores et difficilio-
res juris materias, prout videbitur è re et captu
auditorum esse, explicandas et enucleandas susce-
peris. Quod si feceris, facies autem, fructi spe-
ramque non mitiras, nostra certe nos insuper flo-
renos annuos ex nostro fisco numerandos tibi
curabimus. De viatico denique et itineris sumpti-
bus, uti par est, prospicietur. Et nulla in re tu-
i negotio nos deesse ut intelligas, literas quoque
ad Magistratus, consules et Senatum Nemausen-
sem dedimus, quibus petimus, ut bona illorum cum
pace hac redire tibi liceat, id ne illi concede-
re cunctentur, multum referet. Si te quoque
nullum non lapidem movens: Fac itaque ut a-
liquid certo et sine contradictionum ambagi-
bus ex te brevi intelligamus. Vale. Datae Heidel-
bergae 25 Maij 1598.

[illegible]
Nostro dilecto Julio Pacio U.J.D.
Ani. Nemausensi Academia
Rectori atque Professori primario.

315) Fridericus.

Quia nunquam persuaderi nobis passi sumus,
fore ut Nemausensis magistratus nolentem te
et invitum retinerent, quis miratur, imo nos
ferre, cum ab eo tam liberam tibi intendi atque cum
quoque illatam ex literis tuis intelleximus. Tam-
men cum tu, quam ipsi perpetuò istthic commo-
randi fidem praetendunt, nunquam ad te datam
etiamnum constanter neges, cur plus illi, quam ti-
bi fidei tribuendum, aut nostrum te revocandi
consilium mutandum